

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CONCILIIS, ET|| ECCLESIA MILITANTE,|| QVATVOR LIRBRIS||  
COMPREHENSA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XII. Nota nona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53873](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53873)

cessitate eueniant, quodq; Deus sit causa peccatorum, à qua Lutherani penè omnes iam discesserunt.

At Ecclesia nostra Catholica nullum errorem, nullam turpitudinem, nihil contra rationem docet, et si multa supra rationem: Proinde sola est absolutè sancta, eiq; soli conuenit, quod in Symbolo dicimus: *Credo sanctam Ecclesiam: Quam rem ostenderunt aduersus Paganos, Iustinus in utraque Apologia: Tertullianus in Apolog. cap. 36. & sequentibus: Arnobius lib. 1. 2. & 3. contra Gentes: Minutius Felix in Octauio: Augustinus in libris de ciuit. Dei: Contra Paganos autem & hereticos omnes, idem ostendit accuratissime beatus Thomas in libris contra Gentes.*

Concludamus igitur cum S. Augustino lib. 2. de ciuit. Dei, cap. 28. *Nihil in Christianis Ecclesiis turpe, et flagitiosum sperandum, impiandumq; proponitur, sibi Veri Dei aut praesepia insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur. Et lib. 22: cap. 7. Persuadebatur Veritas noua consuetudini, sed non contraria ratione.*

## CAPUT XII.

### NOTA NONA.

**N**ONA NOTA est EFFICACIA doctrinæ, sola enim vera Ecclesia haber doctrinæ, non solum immaculatam, sed etiam cōuententem animas, vt dicitur Psal. 18. & sermonem viuum penetrarem usq; ad diuisionem animæ, ac spiritus, Hebr. 4. Iam Philosophi antiqui tametsi magnam sapientiam ostentarent, & summa eloquentia leges suas populis suaderent, nunquā tamen vel vicina oppida ad suas leges trahere potuerūt, vt docet Athanasius lib. de humanitate Verbi, & Theodoreetus lib. de legibus, quia non erant verba eorum verba viua, sed mortua, non spiritus Dei, sed spiritus hominū. Mahometanus autem traxerunt quidem multos, sed terrore armorum, nō vi, & efficacia doctrinæ: Quare ipse met Mahometus in Alcorano, cap. 18. & 19. docet, bello cogendos homines ad fidem. Porro hæretici nunquam leguntur conuertiisse illos Ethnicos, aut Iudeos ad fidem, sed solum perueritiisse Christianos, quod etiam notauit Tertullianus in libro de præscript. hæret. *De Verbi, inquit, administratione quid dicam?* Cūm hoc sit

Si negotium illis non Ethnicos conuertendi, sed nostro euer-  
tendi, nostra sufficiunt, & sua edificant, &c.

AT, INQVIES, Freculphus in Chronico tomo 2.lib. 4.ca. 20,  
refert ab Arianis tempore Valentis Imperatoris totam Gen-  
tem Gothorum à paganismo ad fidem conuersam.

RESPONDEO, non ab Arianis Gothos esse conuersos, sed  
miserè deceptos; Goths enim cùm iam de finibus suis eges-  
sis sub Romani imperij auspiciis militarent, & multa præcla-  
ra de Christianis audirent, sua sponte, nemine impellente,  
ab Imperatore petierunt Episcopos, à quibus docerentur,  
parati ad credendum quidquid eis diceretur: Imperator ve-  
rò, quia Arianus erat, Arianos Episcopos misit, atq; ita Go-  
thi miserè decepti, cùm Christiani fieri vellent, Ariani facti  
sunt; non tamen vlla virtute, aut miraculis Arianorum; quæ  
enim difficultas est instillare venenum homini parato ad il-  
lud sumendum? ADD E, quod Freculphus non integrè histo-  
riam hanc refert; constat enim ex Socrate lib. 4.cap. 27. So-  
zomeno lib. 6.cap. 37. Theodoreto lib. 4.cap. ultimo, maio-  
rem partem illorum Gothorum fuisse Christianam, & Ca-  
tholicam, & ab Arianis postea deceptam. Non igitur con-  
uertunt homines ad fidem hæretici, nec possunt; nam hære-  
tici habent quidem Scripturam, sed non habent verum sen-  
sum Scripturarum, qui propriè est gladius spiritus; verba e-  
nim non tam gladius, quam vagina sunt, qua gladius spiri-  
tus continetur. Cùm ergo illi non pugnant gladio, sed va-  
gina tantum, quid mirum, si non feriunt corda infidelium?  
Neque etiam mirum est, quod Catholicos peruertant; nam  
proni sunt homines ad descensum, ad viam latam & facilem,  
quam illi aperiunt: Et Deus id fieri sinit propter ingratitudi-  
nem eorum, qui semel sunt illuminati, & lumini accepto,  
bonis operibus non respondent.

At Ecclesia verè sancta, & Apostolica olim breuissimo  
tempore per homines contemptibiles externa specie, sine  
armis, & sine pompa yerborum totū mundum traxit, id est,  
homines magnos, patuos, doctos, indoctos, iuuenes, senes,  
viros, fœminas; & traxit, non ad delicias huius seculi, sed ad  
res credendas supra omnem rationem, & ad crucem, & an-  
gustias, & vitam perfectissimam repugnantem carni & san-  
guini, & hæc omnia propter præmium nullum in hac vita,  
sed solū in futura; & hoc ita persuasit, ut maluerint plurimi

potius amittere omnes opes, honores, amicos, affines, & vitam ipsam, quam Christi fidem; de quo vide Athanasium, & Theodoretum locis notatis, & Augustinum lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 5. ubi ponit inter præcipua miracula, quod pauci Apostoli sola Verbi diuini efficacia, sine eloquentia, aut armis, totum mundum subegerint.

Deinde à tempore B. Gregorij usque ad nostra tempora cœuersos multos à nostris, probari potest testimonio aduersariorum; nam quod sexto seculo iussu B. Gregorij Anglos paganos non hæretici, qui tunc etiam non deerant, sed Monachi Pontificij ad fidem Christi conuerterint, testantur Centuriatores Cent. 6. cap. 2. col. 37.

Deinde tempore Cononis Papæ, S. Kilianus à Papa missus conuertit Francones, ut dicunt ipsimet Centuriatores Cent. 7. cap. 2. col. 31.

Deinde tempore Gregorij II. & Gregorij III. ac Zachariæ Pontificum conuersa est magna pars Germaniæ ad fidem, non per hæreticos Iconomachos, quibus tunc mundus abudabat, sed per sanctum Bonifacium Episcopum, & Martyrem, quem Papa Gregorius II. miserat, ut fatentur Centuriatores Cent. 8. cap. 2. col. 20. ubi honorifice de eo loquuntur his verbis: *Hoc seculo postquam illuxit tempus, quod Dominus sue misericordia praefinitus, maiori cum fructu res successit; nam excitauit Dominus Vinofridum, quem Romani dixerunt Bonifacium, cum suis collegis ad Ecclesiæ suæ in Germania propagationem, Opus manuum eorum ipse gubernauit, & promovit, &c.*

Hic erant oblii Centuriatores S. Bonifacium fuisse Papistam, propterea tam bene de eo loquuntur. Nam in prefatione eiusdem Cœtiæ blasphemii, & ingratissimi in suum Apostolum sic loquuntur: *Hanc ad rem habet, Papa, suos dromones egregios, peritissimos eiusmodi accupiorum, audaces, temerarios, qui pramisit honoribus illeculi & irrestiti, sedulam operam in omnibus nationibus & regnis nauant. Et infra: Talis fuit dromo, Bonifacius ille, Germanorum Apostolus dictus, qui in hoc summo studio, arte, ac se incubuit, & universam Germaniam in potestatem Papa Romani redigere. Etsi autem in nonnullis locis Ethniscam idololatriam aboleuisse narratur, tamen religionem Christianam non seminavit puram, & incorruptam. Et infra: Ea fuit insolentiam.*

ta inflatus iste Pseudo apostolus, Et non modò monitores omnes ex alto despiceret, Verum etiam apud tyrannum illum Romanum inuidiosè deferret tanquam hæreticos, & turbatores Ecclesiæ, &c. Ecce quomodo tractant Apostolum Germaniæ, de quo omnes historici eius temporis honorificentissimè loquuntur.

Deinde Centuria 9. cap. 2. col. 15. fatentur Monachos Corbeienses conuertisse Vandalois, & col. 18. fatentur Bulgari, Sclauos, Polonos, Danos, Morauos, eo seculo conuersos, subiectos fuisse Romanis Pontificibus, ex quo apparet à Papistis fuisse conuersos. Item Centuria 10. cap. 2. col. 18. & 19. plures reges, & populos ad fidem conuersos docent opera Henrici I. Imperatoris, & Adalberti Boëmorum; ac Methodij Morauorum Archipræfulum, quos omnes Papistas fuisse negare non possunt, cùm constet eos Pontificibus Romanis subiectos fuisse.

Denique Centuria 11. cap. 2. col. 27. docent Hungaros magna ex parte hoc seculo conuersos, & Episcopos illi Gentidos, à Romano Pontifice confirmatos fuisse, petente hanc eorum confirmationem S. Stephano Hungarorum Rege nuper conuerso.

Post illa tempora non defuerunt etiā in Ecclesia Catholica similes conuersiones, siquidē Adrianus Pontifex IV. ante suum Pontificatū ab Eugenio Papa missus, Noruegiam ad fidem conuertit, vt Platina, aliiq; testantur; &, ni fallor, ipsa etiam Centuriatores Cent. 12. quam vñā cum 13. editā audio, sed nondum vidi. Ab uno S. Vincentio ordinis Prædicatorū constat esse conuersos ad fidem vigintiquinque millia, partim Iudæorum, partim Saracenorum, vt scribit B. Antonius 3. parte hist. tit. 23. cap. 8. §. 4. qui floruit eadem ætate.

Denique, hoc nostro seculo in nouo orbe multa millia Gentilium Catholici conuerterunt: Iudæorum quoque singulis annis conuertuntur & baptizantur Romæ aliqui à Catholicis Pontifici Romano addictis, nec desunt etiam Turcæ, qui tum Romæ, tum alibi à Catholicis conuertantur; Lutherani verò vix vnum aut alterum conuerterunt, cùm tamen comparent se cum Apostolis, & Evangelistis, & habeant in Germania plurimos Iudæos, & in Polonia, & Hungaria vicinissimos Turcas. Rectissimè igitur B. Augustinus lib. 13. contra Faustum, cap. 12. comparat hæreticos cum

perdicibus, quæ congregant pullos, quos non pepererunt  
cùm è contrario Ecclesia sit columba fœcundissima, quæ  
quotidie parit nouos pullos.

## CAPUT XIII.

## Nota Decima.

**D**E CIMA N O T A e s t S A N C T I T A S v i t a a n-  
t o r u m , s iue p r i m o r u m P a t r u m n o s t r æ r e l i g i o-  
n i s . E c c l e s i a e n i m v e r a n o n s o l û m h a b e t d o c t o r i-  
n a m s a n c t a m , & e f f i c a c e m , s e d e t i a m D o c t o r e s  
s a n c t o s , & s i g n o r u m g l o r i a c l a r i s s i m o s ; n u n c d e p r o b i t a t e  
p o s t e a d e m i r a c u l i s d i c e m u s .

Iam ergo si quis cōsideret Magistros Ecclesiæ Catholicae,  
p r i m û m P a t r i a r c h a s , & P r o p h e t a s , deinde A p o s t o l o s , t u m  
D o c t o r e s , qui c o n t r a s i n g u l a s h æ r e s d i m i c a r u n t , d e n i q u e  
i n s t i t u t o r e s o r d i n u m r e l i g i o s o r u m , i n u e n i e t o m n e s t a m l a n-  
c t o s , c a s t o s , p i o s , s o b r i o s f u i s s e , v t a d u e r s a r i j n i h i l h a b e a n t .  
*N.* quod reprehendant, nisi n i m i a m s a n c t i t a t e m , v t B. Augu-  
st i n u s a i t d e M o n a c h i s s u i t e m p o r i s , lib. d e m o r i b u s E c c l e s i a ,  
c a p . 31. & i d e m A u g u s t i n u s lib. 2. i n I u l i a n u m d e C a t h o l i c i  
D o c t o r i b u s a i t : I s t i s u n t E p i s c o p i , & P a s t o r e s d o c t i , g r a n-  
s a n c t i , v e r i t a t i s a c e r r i m i d e f e n s o r e s , q u i C a t h o l i c a m f i d e i  
i n l a c t e s u x e r u n t , i n c i b o s a m p l e r u n t , c u i u s l a c , & c i b u m p a-  
u i s , m a g n i s q u e m i n i s t r a u e r u n t : T a l i b u s p o s t A p o s t o l o s s a n c t i  
E c c l e s i a p l a n t a t o r i b u s , r i g a t o r i b u s , a d i f i c a t o r i b u s , p a s t o r i b u s  
n u t r i t o r i b u s c r e u n t . A d d e , q u ò d B e n e d i c t u m , D o m i n i c u m ,  
F r a n c i s c u m , s a n c t o s f a t e n t u r f u i s s e , L u t h e r u s , c a p . 2. l i b o d e  
c a p t i v i t a t e B a b y l o n i c a , P h i l i p p u s i n A p o l o g i a a r t . 5. & 27. 3.  
a l i j e x a d u e r s a r i s .

A t E t h n i c o r u m D o c t o r e s f u e r u n t v e l P o ë t æ l e u s , v e l  
P h i l o s o p h i s u p e r b i , v t r i q u e a n t e m i m p u r i s s i m i ; n a m p r i-  
c u o s s a p i e n t e s G r æ c o r u m s u p r a m o d u m i m p u d i c o s f u n t ,  
a d e o v t e t i a m a p u d s u o s e s s e n t i n f a m e s , p r æ c i p u e p r o p r i-  
v i t i a c o n t r a n a t u r a m ; t e s t i s e s t A t h e n æ u s l i b . 13. c a p . 27. & e  
n o s t r i s T h e o d o r e t u s l i b r o d e l e g i b . & a p e r t e e t i a m B . P a u l u s  
R o m . 1. M a h u m e t o a u t e m n i h i l i n c o n t i n e n t i u s f i n g i p a-  
r e s t ; n a m i p s e i n A l c o r a a o , c a p . 43 d i c i t s e à D e o p r i u l e g u n  
a c c e p i s s e c o n i u n g e n d i s i b i o m n e s f o r m i n a s , q u a s d i l e x i s s e  
q u a m u i s c o n s a n g u i n æ e s s e n t .